



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

11. Hessingius Principis Agens Hagæ-Comitis Captivus. Legatione Batzij  
dimittitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

sub umbrâ tot præfidiariorum, si non Religionem, cerè Religionem in Episcopali Urbe, magno multorum nobilium, vicinorumque desiderio firmandi. Verùm Hollandia, & cùm primis Urbs *Amstelodamum* bello, quod in septentrione gerebatur, & salutis Balthici maris intentiores, à rebus Monasteriensibus facilè avertabantur, & ipsum *Flodorpium* Comitem impedimenta aliò abstraxere, qui nec diu post re penitiùs consideratâ se prorsùs abdicat, refarturus prudentiâ, quod fortè præceps errârat.

Nova cum Batavis emergebat sub hoc tempus molestia. Quispiam Ordinum *Hessia-Grammateo* à calamis, reus agebatur re-  
 velati decreti secretioris *Joanni Hessingio*, Princi-  
 ac propterea ad octennium ex *Hollandiæ* *pis Haga*  
 Comitatu exulare iussus. Quodque *Hes-* *minister,*  
*singius*, qui Principis *Hagæ* Minister ac *capri-*  
 negotiorum gestor erat, & ipse attinere-  
 tur, æstimationem sui læsam arbitratus  
*Christophorus Bernardus*, è Concilio in *Legatio-*  
 Hollandiam ocyùs ablegat *Henricum Bat-* *ne Bat-*  
*zium* Jurisperitum, ut dimitti *Hessingium* *zèl di-*  
 postularet. Qui & *Hagam* appulsus in iis, *mittitur,*  
 quæ iussa erant, exequendis impiger, *Vi-*  
*rum* ajebat, *variorum esse Principum*  
*ministrum*, *litteris non unis publica*  
*fidei probatum, tabulis inscriptum, agni-*  
*tumque.* *Si pater filium appellet, eum,*  
 quò

1658.

qui dubitabatur, an filius esset, legibus  
 definitum, iam filium esse & preroga-  
 tivam filii gaudere. Reum pariter agi  
 Hessingium delati ad se secretiorum De-  
 creti & nominatim Anni precedentis  
 de solvendâ Monasterii obsidione. Prae-  
 sulem suum paratum verbo Principis  
 testari, non ab Hessingio id prodiisse,  
 sed ab alio se scire, quem si ita res  
 exigat, nominare possit. Sed esto etiam  
 Hessingium industriam suam excessisse li-  
 mites; quis sit, qui ex historia ignoret,  
 ab eo tempore, quo politia coli cape-  
 rit, aulaq; Magnatum & Curia fre-  
 quentari, Legatos, Agentes, negotio-  
 rumque gestores in eo semper fuisse vo-  
 tos, ut rebus principalium suorum ve-  
 lificari & commodare potuerint. Fe-  
 cisse id olim, facere & hodieum; ita  
 prorsus, ut qui hic flaccescat, nullibi  
 par isti muneri aut aptus censeatur.  
 Agens si igitur olim illud obtinuit, si  
 etiamnum obtinet, si communis error  
 aut ius faciat, uti facit, aut à culpa  
 excuset; quisnam equus arbiter succen-  
 seat Hessingio, se viam sectatum esse à  
 tot aetatibus iam tritam? Romanos  
 perfectissimam olim gentem, nunquam  
 rigidis nixam esse consiliis, ubi dicta  
 lex in usu fuit. Aut innocentem igitur,  
 aut ita quoque reum dimitti oportere.

Et

1658.

Et id oratione suâ effecit *Batzius*, ut statim Ordines è custodia dimiserint *Hesslingium* & suæ restituerint libertati.

Interregni ab excessu *Divi Ferdinandi Tertiij* Romanorum Imperatoris, annus nunc secundusolvebatur. Electores jam pridem invitati erant *Francofurum*, diesq; decima octava Julij indicta successori deligendo. Post Octoviros Pontificius, Gallia, & Hispaniæ Monarcharum, aliorumq; Regum ac Principum Legati isthuc numerosè confluxerant, Et cum eadem in Urbe Deputatio Imperij adhuc continuaretur, legemque componerent Electores (*Capitulationem* vocant) futuro Regi Romanorum, studia partium fervebant, ut eorum præsentis aucuparentur gratiam, quorum amicitia vel autoritas utilis sperabatur. *Monasterienses* è Senatu *Timmerscheidium* Consulem & *Keppelium* JurisConsultos eò mittunt, qui licet ab Austriacis benignius habiti sint, à *Moguntino* tamen Pontifice durius excepti, dimissique, re infectâ & modicâ spe, breviter domum revertuntur. Sed & suos jam dudum ablegaverat *Christophorus Bernardus*, huic imprimis curæ intentus, ut quod sæpè monuerat *Bavarus* & *Saxo* ceu *Vicarij*, & sollicitè semper curaverant *Rhenani Electores*, Civitatem suam ab instituto ad *Batavos* recursu arctius coërceret. Nec suo

12.

*Francofurum*  
*indicta*  
*electio*  
*Imperatoris.*

*Quò Civitas.*

*Et Princeps suos ablegat.*